

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Domus Æternitatis**

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memoriæ cogitationibus,  
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet  
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini  
Sodalitatibus

continens Impedimenta Et Adjumenta Æternae beatitudinis

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

26. Medium XIII. Sementis æternitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50716](#)

286 Domus aeternitatis. Consideratio  
CONSIDERATIO XXVI.

Medium XIII. Æternæ Salutis.

Sementis copiosa æternitatis.

Quæ seminaverit homo, hac eß metet.

Ad Gal. c. 6. 8.

15. Decembris,

I. COnsidera Christianum quemlibet  
in hac vitâ , oportere agricola  
agere, & largam bonorum operum  
mentem facere ; ut sementi messis copio-  
sa respondeat : ut autem hanc referat,  
duli agricultæ partes expleat, necesse est  
& I. Velut prudens agriculta, bona  
aptam, fertilemque glebam eligat, cuius  
mina cum fœnore reddenda committat  
eiusmodi verò terra, est depressa &  
milis : Valles abundabunt frumento. P.  
64. 14. Non terra montosa per super-  
biam , aut petrosa per obstinationem  
II. Ceu diligens Agriculta, è terra ad se  
mentem electa, ante omnia, spinas rubor-  
que extrahat, ne excrescentes, sementem  
ræ concreditum suffocent. Unde mor-  
Jeremias c. 4. 3. Novate vobis novæ, S.  
Par.

XVI. vult serere super spinas. Alioquin eveniet, quod idem Propheta vaticinatur: Seminaverunt triticum, & spinas messuerunt. c. 12. 13. Quænam verò sint spinæ, aponit Christus Dominus Matth. c. 13.

II. Spinae sunt curæ & solicitudo seculi, & fallacia divitiarum, qua suffocat verbum Dei & sine fructu efficitur.

II. Deinde Christianus, velut sedulus Agricola. III. Seminet frumentum suum cum gudio, spe messis copiosæ, excitatius. Hilarem enim datorem diligit Deus.

2. Corinth. c. 9. 7. & Eccli. c. 35. 11. In omni dato hilarem fac vultum tuum; & in exultatione sanctifica (& offer) Decimas. Quas lætitia & exultatio, Deo gratias, sanctasque; tristitia lividas & odiosas reddit. IV. Spargat semina plenâ manu; quod enim erit uberior sementis; eò quoque erit copiosior messis. Nam qui parcè seminat, parcè & metet. 2. Corinth. 9. 6. Et Tobias senior dicebat Filio suo: Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue.

Tob. c. 4. 9.

III. Denique V. velut bonus Agricola, optet & exspectet pluviam. Pluviam,

Pars IV.

N

in-

288 *Domus aeternitatis. Consideratio  
inquam, lacrymarum. Qui seminant in  
lacrymis, in exultatione metent Psal. 25. I.  
Hic est tempus flendi. Beati qui lugent,  
quoniam ipsi consolabuntur. Fundat ergo  
inter seminandum lacrymas. II. Ob inno-  
latus presentis labores, ærumnas & mi-  
serias; quæ animam sitientem poterit.  
Psal. 76. 6. *Potum dabis nobis in lacryma-  
in mensura.* III. Fundat lacrymas ob cul-  
pas proprias, quæ à peccatis lavant. Psal.  
6. 6. *Lavabo per singulas noctes lectio-  
neum, lacrymis meis stratum membra-  
bo.* Et Jeremiæ c. 4. 14. *Lava à malitia  
cor tuum, ut salvasias.* IV. Fundat lacry-  
mas ex timore gehennæ, quæ refrigerant  
animam ab ardore concupiscentia. Psal.  
114. 8. *Eripuit animam meam à morte,  
oculos meos à lacrymis, pedes meos à lap-  
idibus.* V. Fundat lacrymas, præ desiderio  
lestis patriæ, quæ animam sterilem fecun-  
dent. Psal. 136. 1. *Super flumina Babylonis,  
illic sedimus et flevimus, cum ru-  
daremur tui Sion.* VI. Fundat lacrymas  
pro miseriis proximorum, quæ charita-  
tem demonstrant. Jerem. c. 9. 1. *Quan-  
bit capit meo aquam, et oculis meis pro-  
ducere.**

Decembris 15.

289

lum lacrymarum, & plorabo die ac nocte,  
interfectos populi mei? O quam ex tali se-  
mente lacrymosa, exsurget messis læta &  
copiosa!

Parænæsis.

O Christiane! esto diligens ac sedulus  
Agricola: nunc tempus est semen-  
tis, laboris, sudoris & lacrymarum; vita  
autem futura est tempus messis, quietis &  
exultationis. Nunc igitur effice cor tuum  
velut agrum fertilem, humilitate; spinas,  
tuberosque passionum & vitiorum exscia-  
de; cum gaudio semen sparge, & quidem  
largâ manu; nec lacrymas cohibe; que  
inter miserias ac labores profint: lacry-  
mæ enim doloris, contritionis, timoris &  
amoris, Deum quodammodo cogunt,  
animæ tenebras pellunt, sacrificium bo-  
norum operum impinguant, diabolum  
fugant, inferni ignem extinguunt. Ignem  
enim ardensem extinguit aqua. Eccli. c.  
133. Magna vis lacrymarum: eodem  
momento Deum flectit, oculos rigat, cor  
ablit, & gehenna ignem extinguit. Isi-  
dorus.

N 2

16.

16. Decembris.

I. PRæparatâ, subacta , purgatâ & i-  
gatâ terrâ , cogitandum de bono  
semine: qui lolium serit , triticum no-  
metet. Vulgare metrum est:

*Quod sibi quisque serit , præsentis u-  
pore vita ,  
Hoc sibi messis erit , cùm dicent l-  
Venite.*

*Quoniam quæ seminaverit homo , ha-  
metet. Ad Gal.c.6. 8. Qui seminam  
carne sua , de carne ē metent corruptionem.  
Ibidem. Quæris quænam sint len-  
na corruptionis & æternæ damnationis?  
Audi Apostolum, ea recensentem, ad Corin-  
c.5.19. Manifesta sunt opera carnis,  
sunt fornicatio, immunditia, impudicitia,  
luxuria, idolorum servitus, beneficia, sim-  
licitia, contentiones, ira, rixa, ebrietas,  
comessationes &c. Quæ prædico non  
sicut prædixi: quoniam qui talia agi-  
ment regnum Dei non consequentur. Ecclesie  
mentem corruptionis, opera carnis  
rupribilis : ecce messem damnationis.  
Regnum Dei non consequentur.*

II. Abjecto igitur & vitato lolio, ac  
semine corrupto; bonum semen elige se-  
minandum, & fructum bonum afferet.  
*Simile est regnum cælorum homini, qui se-  
minavit bonum semen, in agro suo. Matth.*

*13. 14. Quodnam verò est semen bo-  
num? Respondet idem Apostolus, esse  
semen spiritus: Qui autem seminant, in  
spiritu; de spiritu metent, vitam ater-  
nam. l. c. Quænam verò sunt semina spi-  
ritus? Enumerat ea pariter Apostolus:  
fructus autem spiritus sunt; charitas,  
pudicitia, pax, patientia, benignitas, boni-  
tas, longanimitas, mansuetudo, fides, mo-  
deratio, continentia, castitas. Quibus adde-  
m. ad Gal. opera misericordiae. Quid seminabimus?  
arci. toga S. Augustinus in Psal. 125. Et re-  
pu. ponit: Opera bona, opera misericordiae,  
eficia. semina nostra sunt, de quibus Apostolus  
ebri. ad Gal. c. 6. 6. Bonum autem facientes,  
lico. non deficiamus tempore enim proprio me-  
lia ag. lemus, infatigabiles.*

III. Denique semina bona, semina spi-  
ritus, semina æternitatis, sunt omnium  
virtutum supernaturalium actus: nihi-  
rum, humilitas sine elatione, justitia sine

N 3 perso-

292 *Domus aeternitatis.* Consideratio  
personarum acceptione; obedientia sine  
excusatione; tolerantia sine murmur-  
tione; veritas sine falsitate; simplicitas  
sine simulatione; liberalitas sine tenac-  
itate ac prodigalitate; fortitudo sine af-  
fectione; temperantia sine superfluitate;  
spes sine hæsitatione; perseverantia sine  
interruptione: *Qui enim perseveraverit*  
*usque in finem, hic salvus erit.* Matth.  
10. 13. Præclarè S. Leo serm. 3. de jeju-  
dec. mens. docet, quibus seminibus agri  
noster serendus sit: *Ager iste, inquit, m-*  
*rante desuper gratiâ Dei fide munitus, je-*  
*juniis exercetur, & eleemosynis seruit,*  
*orationibus fecundatur; ut inter planita-*  
*tiones, rigationesque nostras, nullius ame-*  
*ritudinis radix pullulet; nec se incremen-*  
*ta cuiusquam noxia & stirpis attollant;*  
*enecato omni semine vitorum, comi-*  
*lescat seges late virtutum.*

*Monitum.*

**O** Christiane! ô Clerice! ô Religiō-  
sa! noli ad auram attendere, semper  
enim seminandum est: sicut in Brahma  
quovis anni mense, & seri & meti poti-

Ita & tibi, hyeme & æstate, autumno &  
verè commodum sementis tempus est:  
anno omni die, omni horâ, noctu, diuque  
pro æternitate serendi datur opportu-  
nitas. Quare Non frauderis à die bono,  
Particula boni doni, non te prætereat.  
Eccl. c. 14. 14. Semines autem largiter:  
Qui parcè seminat, parcè & metet: qui  
large seminat, largam benedictionem  
consequetur. Ante omnia attende ad  
semen, ne corruptum sit & corruptio-  
nem tibi afferat: vel unicum malum se-  
men ad reprobationem sufficit. Certum  
id habe, quidquid seminaveris, messem  
tibi pariet æternam, aut felicem, aut in-  
felicem: Non enim transeunt opera no-  
stra, ut videntur; sed temporalia quæque,  
veluti aeternitatis semina jaciuntur: stu-  
pebit insipiens, cum ex hoc copioso semine,  
copiosam videbit exsurgere messem.

## 17. Decembris.

Perpende post sementem laborio-  
sam, sequi tandem messem: sequi-  
tur autem sementem malam, messis ma-  
la, id est, æterna damnatio: post semen-

N 4

tem

294 *Domus eternitatis. Consideratio*  
tem bonam; messis bona, aurea, lata &  
exoptata; quæ est salus æterna: de qua  
David: *Euntes ibant* & flebant mittenis  
*semina sua;* venientes autem venient  
cum exultatione, portantes manipulos suos.  
Psal. 125.6. *Euntes ibant*, id est conser-  
ter ibant, & flebant, ob laboris difficil-  
tatem, ob virtutis arduitatem, ob mol-  
stia diuturnitatem, ob crucis gravitatem,  
ob mortis, martyrii que atrocitatem.

II. *Venientes autem venient cum ex-  
ultatione.* Sed eutnam? I. Exultant &  
gaudent; quia vident tempus lacryma-  
rum & patientiæ præteriisse. II. Exul-  
tant & gaudent ob certitudinem pra-  
mii, quod jam habent in manibus: sicut  
agricolæ in messe, dum vident manipu-  
los jam horreo invehendos, nec amplius  
obnoxios esse grandini gelu, aliisque ca-  
li injuriis. III. Exultant & gauden-  
t messe, ob multiplicationem seminis. Ec-  
cli. c. 3 s. 13. *Dominus retribuens est,* &  
*septies tantum reddet tibi.* Imò alia au-  
tem ceciderunt in terram bonam, & do-  
bunt fructum, aliud centesimum, aliud  
sexagesimum, aliud trigesimum. Mar-

c. 11

Decembris 17.

295

13.8. O felix sementis! copiosa messis!

III. Denique veniunt Sancti ac justi, cum exultatione, portantes manipulos suos. I. c. At quales manipulos? I. Manipuli Sanctorum, sunt omnia bona opera illorum; quæ manibus tenebunt, Deo offerenda: sed peccatores, injusti, avari, Viri divitiarum nihil invenient in manibus suis. Psal. 75. 6. II. Manipuli Sanctorum Martyrum, sunt instrumenta supplicii ipsorum: quam gloriosum lætumque erit hoc agmen Sanctorum, cum S. Andreas crucem, S. Laurentius craticulam, S. Sebastianus sagittas, S. Catharina rotam, & alii alia deferent instrumenta, lumine cælesti eoruscantia? III. Manipuli Sanctorum, quos cum exultatione portabunt, sunt eorum coronæ & palmæ ipsis à Deo datae, & Palma in manibus eorum. Apoc. c. 7. 9. de quibus ait S. Augustinus: In illa resurrectione mortuorum, recipiet quisque manipulos suos; id est, frumentum seminis, coronam gaudiorum & exultationis. In psal. 25.

N 5

Affe-

## Affectionis admirationis &amp; gaudii.

**O** Quantâ replebitur admiratione,  
sedulus Agricola, videns ex modica  
semente, tam abundantem, in cælesti  
horreo, collectum messem! Quantopere  
stupebit, reddi sibi, pro brevitribulati-  
one, lætitiam sempiternam; pro exiguâ  
confusione, perennem gloriam; pro pa-  
va eleemosyna, thesaurum immentum;  
pro aquæ frigidæ haustu, torrentem vo-  
luptatis; pro precatione, pro abnegatio-  
ne, pro modico virtutis actu, præmium  
beatæ æternitatis, ac pro omnibus & si-  
gulis bonis operibus, Deum ipsum in-  
nitæ Majestatis? O quæ inde resultabit  
lætitia? quæ exultatio & jubilatio? An  
proinde, si sapi, Agricola Christiane, se-  
re; sed tere abundanter, festinanter, in-  
desinenter: Tempore enim suo metemus  
non deficientes. Ad Gal.c.5. Sere autem  
frumentum electorum, triticum purum  
bonorum operum, & actuum virtutum  
solidarum, præcipue autem charitatis;  
nam juxta Charitatis mensuram, eterna  
retributionis sunt præmia. S.Laurent.  
Iustin.L.de disc.

CON-